

Sigismundus primus rex Polo-
niae, Ludovico Aliphio burgrabio
Cracoviensi.

169

Magnifice fidelis dilecte. Non dici potest
quam nobis sit molestum, quod hactenus
cum legatariis illustrissima olim domine
matris nostrae, nihil sit determinatum, quod:
que isthic tandem hoc saxum volvere
cogens. Itaque operam omnem facias,
ut quam magis tibi videbitur fieri pos-
se ex re et dignitate tam nostra, quam
serenissima domina coniugis nostrae, hu-
ic negotio finem facias, et cum illis rem
transigas. Molestissimum est etiam no-
bis, aram Barensem nobis non esse re-
stitutam, qua in re scribimus adhuc cum
caesarea maiestati, tum etiam aliis lite-
ras oportunas, tuque, quae curanda isthic
occurrunt, fac ut cures pro industria
ac virili tua. Datum 1526.

